

autem Inventuti parem esse, si hactenus credidisti patere
 dedoceri. et observa me, quoties de illo cogito altius colli-
 mare, qui commodis boni viri integerrimo affectu fauet.
 Novit ipse quot lapides movere caperim, quo ad Professio-
 nem Athenaei Feltrici promoveretur. Eandem viam
 parro insistendam arbitror, ut habeat ubi lectione
 publicâ simul defungi possit, et versus facere, et dabit
 hora quod horae negaverunt. de meâ quidem benevo-
 lentia securi estote. Tu imprimis, Vir amice, sine
 te Deus saeculo subducatur, sive tuis interesse diutius
 patiaturo, quod aeterna sapientia ac bonitati non
 sine tuo suffragio, ut confido pie et constanter com-
 mittendum moneo. Vale. Hagae Com: xv. Cal. Febr.

CIDICXLVIII.

Benedicto Hesselio.
 Pastori Conensi.

Amplissimo ac Doctissimo Domine.

(409).

Nuper epistolio te certiare feci, quam non ingrati Patris
 liberos insigni illâ tuâ, et vere nimis humanitate
 cumulareris. Ecce ab eodem Patre verba ^{denuo} demigues et
 pauciora; sed uno nunc Illustrissimo nomine, ut
 optasti auctorata, cui cum totum illud quantumcumque
 est beneficium, debeas, fateor et ingenue testor nullam
 eius in partem venire alteram hanc misellam
 denteram, quam interea tibi tuisque commodis devo-
 tam eadem ingenuitate profiteor. Vale vir longe
 humanissime, et quando Poematum Latinorum lectio-
 nem visus es expehere, aequi consule quod, ecce, toto
 tibi modio appendantur. Hagae Com: Prid: Non: Mart.

1648.

J. Fr. Reist

Musices Jesuitarum
 Antverpiensium
 Directori.

Multum tibi, Vir ^{Plat} Amplissimo debeo, qui me pro iafi-
 cetis meis, elegantiarum tuarum semel iterumque
 participem facere volueris. Quaso te, si quid parro
 ejusmodi produxeris, tertio me adire ne graueris
 praecipue si qua ad melancholiam propius quam
 ad alacritatem accesseris. Illâ enim pra hâc
 alterâ capi soleo, ex ipso corporis animique temperamento.

In

(410).

In verbis gaudeo te delectum adhibere vulgo vix obser-
vatum. nam ut hodie perversi mores obtinent, om-
nibus promissis sententiis, omnia bonorum intervalle
videas applicari. Est ubi canitur, Venit mulier
peccatrix e civitate, et attulit ala Bastrum un-
quenti tu. Hujusmodi Historiis equidem fuscis, nullis
me bonos aptare didicisse, neque ijs, qui hoc tentant,
rei gestae gloriam invidere. ac proinde pathica
quam maxime selegisse, quibus exprimendis operam
dare cum fructu possem et energia. Satin hoc
alieni successerit, penes te arbitrium esto. Vale
Vir Eximie, et me ama. Hagae comiti v. Id: Mart.
C1010CXLVIX.

Wendelino. Amplissime ac Doctissime Viri (411)

Ecce quem tantopere expectisti Frisicarum L. L. inter-
pretem Sibrandum Siccam scriptorem eruditum
sed a quo non id amne perdoceberis, quod fastasse
sperasti. Est iste Amici codex, non meus, restitu-
endus proinde mox atque nulli amplius usui futu-
rurus. succedet olim alius, quem plane tui juris
faciam, si tanti videbitur. Districtior nunc sum,
quam ut hinc curis incumbam. Ecce me enim
in prociectu itineris Burgundici, quo me Princeps
ablegat occupandi post liminibus tot Illustribus bonis
quibus injuria temporum hactenus caremus. Patere
me in hoc subito rerum confluam abruptim vale
dicere, ac tibi Vir summo, omnia quae faustissima
a bono Deo apprecari. Hagae Com: iii Cal: Jun: 1648.

A. Mariae. Schur-
mannae.

Nobilissima Domina.

(412).
Scribe tui gregis hanc, uno verbo, praestantissimam virgi-
nem: quam si ab ingenio commendem omnium be-
narum rerum capacissimo, a modestia et humanitate
utraque exemplari, a pietate supra aeternas virtutes
singulari, injurios quodam modo sim, et supervacui sermone

Famel